



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

91 Ad Episcopum spectat concedere facultatem quaerendi eleemosynas
pijs locis, ubi cadavera debeant sepeliri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

accusat, ut inquit S. Aug. relat. in c. quibus peccata, dicta q. 2, quia orationes, quas in eis sunt, illis non suffragantur, ubi per 87 gloss. unde cum B. Greg. † memorasset corpus cuiusdam Valentini à sepulcro per dæmones fuisse extractum, & extra ecclesiam proiectum, subjungit: Ex quo Petre, collige, quia hi qui peccata gravi deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant, restat, ut etiam de sua præsumptione judicentur in l. 4, Dial. c. 53, ac insim. ar. post d. c. quibus peccata, mihi dum in civitate Beneventi agere in fuit relatum (erat enim 85 tunc casus recens,) † quod cù n in quadā 90 ecclesia extra, sed propè distam civitatem cadaver eiusdem Proætoris fuisse humatum, nocte sequenti maxima strepitus in eadem ecclesia auditus fuit, uade sacerdotes ibi commorante à lecto surgere coacti fuerunt, & cum ecclesiam ingressi fuissent, viderunt lapidem sepulcri revolutū, & introsponentes, corpus non invenerunt.

Quapropter animæ defunctorum, quas gravia peccata non deprimunt, sicut expian- 87 dæ. Quod si † quatuor modis, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus Sanctorū, aut charorū eleemosynis, aut jejunio cognatorū, c. non estimamus, & c. anima defunctorū, 13, q. 2, præcipue enim sol- 91 vuntur oblationibus sacerdotū, per Altaris sacrificiū, concil. Trid. c. 2. de sac. mis. sess. 22. & in decr. de Purg. sess. 25, c. non estimamus, & c. pro obsequiis, 13, q. 2.

88 Scimus in præsenti seculo † sive orationibus, sive consilijs, invicem posse nos coadjuvari, cùm autē ante tribunal Christi venimus, non Iob, non Daniel, neque Noë rogare posse pro quoquam, sed unū- quemque portare onus suum, tradit S. Hier., in Epist. ad Galatas c. 6, & ad yergam 3 cap. omniū libera esse, adeò quod † uni-

unusquisque onus suum, & cap. in præsen- ti, ead 13 q. 2.

Neque † negandum est, defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel elemosynæ in ecclesia sunt, sed hæc eis prosunt, qui cùm vive- rent, ut hæc sibi postea possent prodere, meruerunt, secus autem illis, qui erant ab ecclesiastica unitate præcisi, quia sacris est canonibus institutum, ut quibus non communicavimus vivi, non communica- cemus defuncti, cap. Sacris ext. de sepult.

Observantur quidem aliqui dies † in officijs mortuorum, nam aliqui tertium, alij septimum, alij trigesimum, alij quadagesimum observare consueverunt, ut inquit Sanctus Ambr. in lib. de obitu Theod. Imp. circ. princ. & supra de nonnullis no- tavimus. De quadagesimo testatur scrip- tura, quæ defuncto, inquit, Jacob præ- ceperit Ioseph pueris suis sepulturib. ut se- pelirent eum, & sepelierunt sepulcres Israël, & repleti sunt ei quadraginta dies. Gen. cap. 50, ut etiam de Moysi scriptum est. Qui planixerunt filij Israël Moysen diebus triginta & consummati sunt dies luctus, Deut. cap. 34.

Sepeliri autem † (si aliud non sit dis- positum) debet quilibet in sepulcro suo- rum majorum, Genes. c. 49, c. unaqua- que, § item Ioseph. 3, q. 2. & c. 1, de sepult. licitum tamē est unicuique volenti, alia- liam sibi eligere sepulturam, ut eod. §, item Ioseph. r. exemplo igitur & c. cum libe- ram, ext. de sepult. quia † ultima voluntas defuncti pro lege servanda est, ut in aut. de nup. §, dispon. coll. 4, & c. ult. volunt. ead. 13, q. 2 In elect. autē sepult. debet etiā volun- tate omniū libera esse, adeò quod † uni-

Gggg 2

vex

